

EPISTOLA XII.

Genevæ scripta.

S Est mihi, amicissime Domine Compa-
 •ter tua opus opera, quam si mihi, ut mi-
 hi persuadeo, probaveris, magno me bene-
 ficio affeceris. Jonam (a) meum generosis
 Comitibus ab Ostrorog inscripsi. Humen-
 tes autem a prælo chartas ligandas Biblio-
 pega dare non potui. Alterum igitur e duo-
 bus abs te peto aut, ut meo sumtu exem-
 plaria duo ligari cures, & des meo nomine
 generoso Comiti Domino Nicolao, aut, ut
 non ligata des, meque excuses. Inclyto D.
 Baroni a Zerolim ubi is ad vos venerit, iti-
 dem exemplar dari velim. Tuum tibi serva-
 bis: & magnifico Domino Parenti tuo illud
 quod ei destinatum vides, cum poteris mit-
 tas. Recens 1. nudius tertius literas ejus ac-
 cepi, at ut omnia συλλήβδην complectar,
 gratulor tibi tali animo, tanta fide & sapien-
 tia Parentem: generis enim nobilitatem
 communem habes cum aliis patriciis & no-
 bilibus. Exemplaria duo, quorum alterum
 Domino

(a) est commentarius in Jonam Basileæ 1582. in
 8. excus.